

## **DE LEGENDA AC RITU SANCTAE RESTITUTAE**

**(textum et graphica: Lucia Mattera)**



**Restituta, oriunda ex urbe Carthagine vel Biserta in Tunisia, vixit in saeculo tertio post Christum natum, colens religionem Christianam tunc severe vetatam.**

**In anno 304 sub Diocletiano imperatore, milites aggressi sunt gregem Christianorum (erat in quibus iuvenis Restituta), intentum ad orandum in urbe Abitina, ritum agente sacerdote Saturnino. Ex eis quinquaginta, in vinculis iacti, coacti sunt Carthaginem ad fidem eiurandam. Eis recusantibus animo firmo capite damnatio fuit consilium!**

**Restituta, cruciatibus deleta, in ratem iaciebatur, pice ardenti repletam.**

**Carnifices, deinde, in medio mari, incenderunt crudeliter puellae navem.**



**At angelus quidam in ratem carnificum flammis deviauit et scapham martyris ad ripas Isclae (vel Siciliae vel etiam Sardiniae) suis alis portavit.**



**Ibi vivebat matrona nomine Lucina: monita ab angelo, se contulit ad litus, ubi invenit ratem venientem et in ea puellam velut dormientem.**



**Lucina, pietate capta, corpus deposuit in litoris ripa, quae statim se emplevit candidis liliis. Ibi ecclesia est postea aedificata, cum sanctae (abhinc “Restituta” appellata) simulacro et tabulis historiatis.**



**Abhinc, quinto decimo die ante Kalendas Iunias, sancta celebratur (Isclae, necnon Calari, Neapoli, Calvi, in Corsicae sinu; in Africa, autem, nullus ritus) pompis per quattuor dies. Eius simulacrum, remotum ex altari, fertur per vias urbis aureis monilibus ornatum.**



**Simul sacra actio fit in litore in memoria adventus et prodigii.**



**Cantor Italicus Vinicius Capossela dicavit sanctae “Virgo cochlearum” (scapha enim, in adventu, ornata cochleis et coralliis dicebatur).**

**Virgo sociatur profugis hodiernis, qui a litoribus Africae iter obeunt in Italiam sine opibus at cum fide progressus. Referuntur ibi (Latine translatos) versus aliquot cantus:**

***Venit Virgo cochlearum,***

***Puella restituta a mari.***

***Et ea profuga, ut erat,***

***nobis est Domina nigra.***

***Nautae patrona, hospitis errantis,***

***benedicit ei qui audet animo constanti.***

***Ornata cochleis in capillis,***

***ut corallia eius ocelli,***


***caerulea vela ut flabella.***

***Muta te spectat ea parva statua***

***coloris diversi ac ille qui eam formavit.***

*Alius populus, gens diversa  
cum eodem timore: cras non esse.*

**In anno recentis epidemiae precari videtur victimis morbi.**



→ *Omnia bene evadent!*

**Denique “Restituta” in eius memoria se voluit appellare Germanica religiosa. Agitur de Helene Kafka, necata in hospicio Vindobonae (ubi curabat aegrotos), a militibus Hitlerianis quod se opposuit Crucifixi remotioni.**



